

Elbocasim de Baldach

Tacuinum sanitatis in medicina ad narrandum sex res necessarias et in narratione Iuuamentum ciborum et et indumentorum nocumenti ipsorum et in remotioe nocumenti ipsorum Et in remotioe nocumentorum iuxta consilia meliorum ex antiquis Tacuinum sanitatis de sex rebus que sunt necessarie cuilibet homini ad cotidianam conseruationem sanitatis sue rectificationibus et operationibus. Prima est preparatio aeris qui cor contingit. Secunda rectificatio cibi et potus. Tertia rectificatio motus et quies. Quarta prohibitio corporis a sompno et a uigiliis multis. Quinta rectificatio laxationis et constrictionis humorum. Sexta regulatio persone in moderatione gaudii ire timoris et angustie. Hiis enim modis equalitatis. equalitatis erit conseruatio sanitatis Et remotio istorum sex ab hac qualitate facit egritudinem deo permitente glorioso et altissimo Et sub quolibet genere sunt plures species et plurimum necessarie quarum dicemus naturas si deo placuit. Dicemus etiam electiones conuenientes cuilibet secundum complexionem et etatem ipsius et hec omnia ponemus in tabulis eo quod multiloquia sapientum quandoque fastidiunt auditores et diuersitas multorum librorum oppositorum homines non uolunt de scientiis nisi iuuamenta non probationes siue definitiones. Ideo intentio nostra in hoc libro est abreuiare sermones prolixos et agregare modos diuersorum uerborum attamen nostri prepositi est recedere a consiliis antecessorum ueredicorum. In hoc autem libro nos posuimus a nobis nisi ordinationes et compilationes abreuiationes interrogantium et inductiones probationum ad fortificandam uirtutem uerborum Nec uolumus sequi uoluntatem homini secundum diuersitates intellectus oppinionum ipsorum. Inuocamos itaque deum ut rectificet intellectum nostrum cum humana uix excludatur fallaciis et tota narratio nostra est iuxta moderatam intentionem nostram ad que dominus deus nos confortet et auxilietur iuxta beneplacitum suum.

Ficus

I. Ficus recentes. Complexio: calida et humida in 1° gradum. Meliores ex eius albe mundate et excorticate. **Iuuamentum:** mundificant renes ab arenis humores subtiliant et preseruant a uenento. **Nocumentum:** faciunt inflammationem et grossitudinem. **Remotio nocumenti:** cum muri et sirupo acetoso. **Quid generant:** humorem laudabilem. **Cui complexioni cui etati quo tempore in qua regione magis conueniunt:** frigidis nature etati senili et decrepitate tempore autumpni in regione Septentrionali.

Uue

II. Uue. Complexio: calide in primo humide in 2°. Meliores albe subtilis corticis aquose. **Iuuamentum:** lassant uentrem accelerant pinguedinem. **Nocumentum:** inducunt sitim. **Remotio nocumenti:** cum granato acetoso. **Quid generant:** sanguinem bonum. **Magis conueniunt:** frigidis nature decrepitis in tempore autumpni regione septentrionali.

Persicha

III. Persica. Complexio: frigida in 2° humida in 3°. **Electio:** odorisa sunt meliora. **Iuuamentum:** confert in febribus adurentibus. **Nocumentum:** corrumpit digestionem. **Remotio nocumenti:** cum vino odorifero. **Quid generant:** flegma subtile. **Cui complexioni cui etati quo tempore in qua regione magis conueniunt:** calidis nature iuuenibus estate et meridionali.